

*ationum  
spec.*



OBSERVATIONVM  
IN  
**PENTATEVCHVM**  
SPECIMEN ALTERVM  
EDIT

ET  
DISCESSVM PVBLICVM  
ACADEMIAE CANDIDATI  
**FRIDERICI MOSSDORFII**  
D. XI. APR. MDCCCLXXV.  
IN  
AVDITORIO PRIMI ORDINIS  
SOLLEMNI RITV CELEBRANDVM OBSERVANTISSIME  
INDICIT  
**THEODORVS IOANNES ABRAHAMVS SCHVTZE**  
A. M.  
SCHOLAE SENAT. NVMBVRC<sub>4</sub> RECTOR<sub>4</sub>



LEVCOPETRAE  
LITTERIS CASPARI SIMONIS IFILI<sub>4</sub>

ОГЛАВЛЕНИЕ  
ПЕНИТЕНЦИАЛЬНОГО

ХРИСТИАНСКОГО  
МОСКОВСКОГО

ВАЛЕНТИНАНСКИЙ ОБРАЗ  
СОЛНЦА СЛАВЫ ГЛАДИУСА  
ИЩУЩИЙ СВЕЧУ ВОЛНЯНСКУЮ

СОЛНЦЕ ВЪ ДАЧАХЪ РЕДЬКА

**Q**uod mihi propositum ante tres annos fuit, Observationum harum in Pentateuchum initium suscipienti, ut et obscuriores locos, si quae possem, illustrarem, et quid in mentem explicanti aliorumque commentaria perlegenti mihi venerit, notarem, obvia vero cuivis, et vel comperta fatis, vel nunquam definienda, quae solent alii ad ambitionem saepe congerere, hic illuc praetermitterem: id nunc ulterius persequendi occasio, ut insperata, sic jucunda est oblata. Proinde, finito tum *primo*, sine ambagibus ad *secundum Genesios caput* progredior: in quo ad v. 1. *de copiis terrarum ac coeli*, quae dicerem, habuisse, nisi vehementer veritus essem, ne vox נָבָז, illo quidem loco, vix ulli satis sit ingenio pervestigabilis. Nam in coelorum exercitu five stellas, five angelos posueris: disqui rendum semper restabit; aut quo jure genios intellexeris, in antecedentibus ne verbo quidem commemoratos; aut qua ratione unam illam vocem de inanimis coeli ornamentis, simulque de universi orbis incolis, vita donatis, explicaveris. Mihi quidem posterius minore difficultate premi videbatur: sed, quia res non ita multum trahit momeni, et evidentibus caret argumentis, in medio eam esse, facile patior. Magis videtur operae pretium esse, versus, qui quartum excipiunt, attentione animoque versare; in quibus ut fuit interpretum quisque acutissimus, ita maxime haesit. GRO TIVS cauillariam Mosis hanc partem existimat, ita curandam, ut codicem Saadiæ antiquissimum secutus, v. 6. נְאָרָה legat. Videt nempe, si adgit plurimum Codicum consensus, hanc lectionem toti loco affecto medicinam affere. Etiam CALOVIVS, non tam facilis (ut ipse ait) in admittendis diversis lectionibus, nedum in mendis (a Masoretharum grege) exspectandis, evidenter sensus causa eam particulam אַזְוֹ נָוֵשׁ e praecedentibus duobus com matibus repetendam cum Kimchio et Fagio statuit. (Vid. Bibl. Ill. h. l.) Ipse SAADIAS quoque, si Kimchio in libro Rad. fides habenda, נְנָרָה repetit potius, quam נְאָרָה legit. (Vide Fagium ad h. l. inter Criticos pag. m. 42.) Quidam v. 6. aut reddiderunt, interpretando id exprimentes, quod GRO TIVS lectione mutanda efficerat. Sic aliis alio modo expedire se studuit. Frustra plerique omnes, quod non tam unicum comma sextum, quam tota oratio inde a v. 4. ad 8. usque laborat. A Iudeis enim male sic instituti, tertio die vapores ascendentes dici; non potuerunt repetitionem rei cap. I. v. 11, narratae non quererere. Ac sane fatendum est Mosen, quomodo hic ad hominem creatum redeat, sic ad enatas plantas regredi posse. Sed id si sumiseris, versus 6 et 7 apte cohaerere vix videantur. Qualis enim nexus: existerunt nebulae (die scilicet tertio) et formavit Dens hominem. Dissentaneorum ergo, juvat videre, quod et quale vinculum interpres demonstraverint. Quoniam vero parum frugis hic ostendunt Com men-

mentarii, Versiones in consilium sunt adhibendae, quarum potiores hoc loco sunt Lutheri, Castellionis atque Clerici. Reliquae in necienda oratione aut displicant, ut veteres omnes, aut recti sensum et venusti minime produnt, ut Latinae aliae. Quare interpreti exemplum non praeceunt.

AC LUTHERUS quidem, emendatorum sacrorum prudentissimus ille auctor, versu 4. et 5. arctius conjunctis, ellipsi Pronominis **שָׁנָה** suppleta, et adversativa particulae **וְ** notione v. 6. electa, tenebras loci non tam dispellit, quam illas se animadvertisse ostendit, vertens: *also ist Himmel und Erde worden, da sie geschaffen sind, zu der Zeit, da Gott der Herr Himmel und Erde machte.* Und allerley Bäume auf dem Felde, die zuvor nie gewesen waren auf Erden, und allerley Kraut auf dem Felde, das zuvor nie gewachsen war. Dann Gott der Herr hatte noch nicht regnen lassen auf Erden, und war kein Mensch der das Land baute. Aber ein Nebel ging auf von der Erde, und feuchtierte alles Land. Ita **כָּל שָׁחַת הָרָה** v. 5. quod aliis subiectum est, Lutheri, ut et Vulgato, partem praedicti constituit, cuius altera pars **אָרֶץ וּשְׁמִינֵי** v. 4. reperitur, ubi etiam subiectum **אֱלֹהִים וְזֹהַר** legitur. Deinde ante vocabulum **טוֹרָם** v. 5; bis **שָׁנָה** omissum censet. Et quoniam **אֲרֵס אַזְנָבָן לְאַחֲרֵי הַצְּדָר** et **אֲרֵס אַזְנָבָן** antecedunt, sequentis versus initium per particulam *sed illis opponitur ab Lutherio, Vulgatum et LXX. Interpretes fecuto.* Eandemque ob causam v. 7. et formavit Deus hominem, idem valet, ac si diceretur v. 5. *homo nondum fuisset, sed a Deo creatus esse* v. 7. Qua ratione quanquam versum 6 et 7. scite video copulari: eam tamen omnium punctum laturam, mihi non possum persuadere, cum, ne dicam omissionem pronomini **אשר** Mosaico scribendi generi minus convenire, praecedentibus certe vim inferre videtur. Hanc enim animadverto prodire orationem. *Ita cognitum cum terra ortum est, cum crearentur, et a Deo coelum et terra producerentur, ut et arbores, quae nondum fuerant in terra, et stirpes, quae nondum viruerant, quia Jehovah nondum pluerat in terram, terramque nemo coluerat.* Insuavem vero, et, nisi omnia me fallunt, indignam Mosis stilo narrationem! Nam etsi me haud praeterit, ejusmodi repetitiones genio linguae Hebraeae respondere: illa tamen versio ita luxuriatur, ut nullo modo illam concoquere possim. Omnia ferimus, quae auribus Hebraicis toleranda sunt, si post propositionem tertii versus **לְעֹשֹׂת אֱלֹהִים בְּרָא אֲשֶׁר** patienter v. 4. audimus, primo **בְּהַבְּרָאָה**, deinde **בְּעֹשֹׂת יְהֹוָה אֱלֹהִים וּשְׁמִינֵי**. Ut etiam bis audiamus, ante creatam terram, nec arbores, nec stirpes fuissent; ut ante terram in terram pluvias non decidisse; ut ante primordia soli solum a nemine renovatum legamus, sane non est necessarium. Num ergo in Mosem haec dicta? Interpretis culpam ego in scriptore non transfero. Alii videant, ne transferant, meliora si probare noluerint. Fuerunt quidem, qui de creatione, **עֹשֹׂת** de exortatione ac dispositione intelligenterent, sed eorum subtilitas hodie nec probanda est, nec cognoscenda.

Nos

Nos quoniam quaerimus aptiora, progredimur ad CASTELLIONEM, qui sic reddit Latine: *Ortus quidem et creatio coeli et terrae sic habet.* Quoniam terram coelumque fecisset Iova Deus, nulla adhuc in terris planta terrefacta, nulla adhuc herba exorta (quippe cum neque Iova Deus pluisse in terram, neque homo esset ad humanum colendum) exhalavit ex terra vapor, qui universum ejus solum irrigavit. Hominem autem Iova Deus est. Ubi non possum, quin laudem primo verbum cum affixo בְּחִרָּאָם (et Masoretharum filii nugaram caussa scribi volunt בְּחִרָּאָם, quasi mundus praesens et futurus per litteras נ atque נ conditus esset,) plane omissum, quippe quod more nostro redundat. Deinde modus versum septimum cum sexto copulandi si non scriptoris mentem, artem tamen interpretis declarat. Ambiguitas quoque Hebraicarum particularum intercedit, quo minus, erratum esse, confidenter pronuntiemus. Postremo non ignoro, accentuationem Hebraicam ejusmodi esse, ut versus 4. 5. et 6. una periodo includi possint, utiliterque saepe ab elegantibus interpretibus parenthesos signa in ambitu paullo latiore adhiberi. Sed sunt tamen, quae me seorsum sentire cogant. Nam ob v. 1. et 2. בַּיּוֹם עֲשֹׂת in plusquamperfecto minus recte vertitur. Nam, coelum et terra quoniam ibi semel iterumque perfecta dicuntur, בְּחִרָּאָם in imperfecto explicandum, ne absolutum opus dicatur, quod affectum modo fuerit. Atqui peracta est apud Castellionem creatio v. 1. quae v. 5. continuatur. Itaque verba v. 4. וְאֵלֶּה תּוֹלְדוֹת הַשְׁמִים וְהַאֲרָבָּה non referenda sunt ad consequentia: *ortus quidem coeli et terrae sic habet*, sed ad antecedentia pertinent: *ortus quidem ille fuit.* Id cum ex pronomine אלה patet, quo sic solet Moses uti e. g. Gen. X. 32. XXXVI. 5. 43. XLVI. 15. 18. 22. tum, quod in hoc toto capite atque sequentibus de coeli origine non agitur, sed de terra sola, hujusque incollis, hominibus. Quod secus sit, necesse est, si *הַשְׁמִים תּוֹלְדוֹת* sequentia tangant. Quare MOLDENHAUERI quoque versio displiceret: mit dem Himmel und der Erde aber trug sich, zu ihrer Schöpfungszeit, als Gott der Herr sie machte, folgendes zu: quamvis nolim negare, תּוֹלְדוֹת genealogiam esse, atque historiam. Si autem haec verba ad priora spectant, originem coeli et terrae v. 1. descriptam, i. e. terrae copiarumque omnium ejus creationem intelligas oportet. Itae vero copiae, quomodo cunque describantur, nihil arguunt defuisse, siquidem iis existere jussis, Deus creare desit v. 2. Neque aliter nos caput 1. interpretari permittit, quod herbas et plantas ante coeli lumina editas dicit. Quomodo ergo ante astra fuerunt, si, coelo absoluto, terra caruit, et planta et herba? id quod ex Castellionis versione: *cum terram coelumque fecisset Deus, nulla adhuc in terris planta, nulla adhuc herba exorta,* necessaria fluit consecutione. Nihil igitur alienius ab oratione Mosis confungi potest, quam iste plusquam perfecti usus: *cum fecisset.* Neque, imperfectum tempus si substitueris: *cum ficeret;* magis narratio probabilis fieri. Si terra coelumque orta sunt. Quae eum saceret Deus, nulla adhuc in terra erat

*erat planta, nulla herba.* Quasi hoc addere opus sit, aut v. 6. exhalare vapor e terra potuerit, antequam haec crearetur. Unde satis, credo, liquet, meliorem expediundae difficultatis rationem esse circumspiciendam.

Itaque hanc a CLERICO num repeteret licet, percontemur. Hunc in modum vertit: *coelorum et terrae haec fuere, cum crearentur, generaciones, eodie, quo fecit Iehova Deus coelos et terram, et omnem virom agri, antequam esset in terra, et omnem herbam agri, antequam germinaret.* Neque enim in terram pluerat Iehova Deus, nec ullus erat homo ad eam colendam. Sed e terra ascendebat vapor, universamque ejus superficiem irrigabat. Postea finxit Iehova Deus hominem e terrae pulvere. Ubi notandum est, non absurde septimum versum cum sexto nocti, modo conveniat nobiscum de voce מִתְרָב. Hanc quidem non negamus *antequam sonare interdum: sed hic, ne scio an recte, illa potestas valde displiceret.* Quid enim ista sibi volunt addimenta: *antequam esset in terra, antequam germinaret?* An obscurum erat, non fuisse prius, quam fierent? Fac etiam, Hebraice sine causa haec adjecta esse: quid, quæsto, illa profunt: *neque enim in terram pluerat Iehova Deus, nec ullus erat homo ad eam colendam.* Ne enim repetam, quæ supra de superfluentis copiae luxuria protuli: num quid opus erat ideo plantas non extitisse dici, quod pluvia et homines decesserent? Ejus quidem beneficio, et horum opera, quicquid fere plantarum apud nos est, crescere cernimus atque vegetari: sed primum inde ortum ducere, aut ubique id pluviam efficiere, nemini lectorum in mentem venerit. Causa igitur cadit Clericus, cum *Mosèn plantas intra unius diei anibitum a Deo procreatas docere contendit.* Nam de uno illo die hic prorsus filet. Potius id sumo, Mosèm, quia statim ad viridarii, quod Paradisum nuncupant, exornationem, hominisque in eo collocationem accedit, ejusdem horti arbores ac stirpes describere, ad justam magnitudinem surgentes. Neque enim, quod MICHAELIS quoque in Versione cap. I, v. 11. subobscurè innuere videtur, primo jam i. e. sex reliquorum dierum tertio arbores fruticesque omnes, in toto terrarum orbe, pomis et baccis fertiles fuisse, sed, quemadmodum omnia tempore mutantur, paullatim adolevisse videntur, et postremo fructus tulisse. Nonne inutiles fuisseratque supervacaneæ caeduae ubique arbores et frugiferae, cum iis nemo hominum aut ad victum, aut ad materiam uteretur?

Ita omnino videtur. Principio Deus amoenum, pomiferum et irriguum Adamo tantum et Evæ hortum praeparavit. Ceteras arbores ac regiones natura pedentem protulit, idque Moses hoc loco literis prodidit. *Coelum et terram extitisse, ait, sed arbores nec ab homine cultas, nec pluvia perfusas esse.* Ut illas crescent, nebulae terram humectasse, utque curarentur, hominem ortum fuisse. Hunc denique in horto, cunctis instruō rebus, collocatum. Cui quidem explicandi rationi non adeo multa vitio dari possint. Nam pluvia et cultura increscere arbores quis negat? **מִתְרָב vero et בְּשָׁעָה**

j. res

**bores et stirpes robustas esse quis nescit?** **בָּזֶה** denique incrementum exprimere probant loci Es. XLIV, 4. Eccles. II, 6. Nec ita me opinari prohibent v. 8 et 9. a Deo Paradisum paratum iterum narrantes. Moses enim primariam narrationis sententiam identidem, alii, aut iisdem etiam verbis repetere solitus est. Vid. Gen. III, 23, 24. VI, 6, 8. VIII, 1, 3. IX, 8, 11. XI, 8, 9. XIII, 6. XVII, 2, 4, 6, 24, 25, 26. Plura proferre exempla facile esset, si me indicem locorum, quam interpretem praebere mallem. His ergo, quae dixi, commotus, novam loci totius versionem in primo specimine Observationum adornavi. Nunc video, verti quoque potuisse: *Talis coeli et terrae origo fuit. Sed nec arbores, nec stirpes increverant, pluvia coeli et cultura hominum desitutae. Igitur nebulis terra madefacta est, hominemque Deus ex terra formauit, animatumque in horto Edene praeparato collectavit. Procuraverat enim Iova omnis generis arbores, cum adspicere pulkas, tum jucundas usq; vitaque arborem medio in horto, et eam, quae bonum malumque doceret. Neque tamen sic multum a me ipse disto. Negavi constare, de tertio die sextum versum intelligendum: quod etiam nunc pertendo. Ratione vero particulam explicandi, ut cuique liberam relinquo, ita mihi integrum esse volui. Sufficit, quod in animo erat, effecisse, de tertii diei opere repetitam narrationem ut v. 6. agnoscamus, necesse non esse\*) וְעַלְהָ בְּן דָּרָאץ in versione v. 6. non expressimus, quia proprium id est linguae Hebraicae duobus verbis describere, quod nos uno tantum indicamus. Hebrei enim, rem actam narrantes, sic loqui solent, ut eorum, quae antecedant, peculiarem descriptionem praepontant, nobis plane superfluam, interdum minime quoque jucundam. Redundantis Orientalismi exempla sunt: וְקַח וְנִיחַח: וְתַדֵּר וְתַלְדֵר: פָּנִים וְשָׁלָה יְדוֹ וְלֻקָּח: וְרוּעַת אֲשָׁר וְתַדְלֵד: וְיַקְחַת וְבָא אַתָּה: וְשַׁת וְשַׁכְרֵב: וְיַצְאַו וְיַבְאֵו: וְוַעֲתַק מָשֵׁס וְטַעַם אַלְלו:*

\* Videat nunc peritus lector, quo loco veriones Michaelis et Schulzii, ceteroquin suis virtutibus maxime conspicuae, habentiae sint. Ille reddit: Dies war der Anfang von Himmel und Erde, da sie geschaffen wurden, als der Gott Iehova Himmel und Erde machte. Es war aber noch kein Buschwerk auf dem Felde, und Kreuter waren noch nicht hervorgewachsen, denn der Gott, Iehova, hatte noch nicht auf den Erdboden regnen lassen: auch waren keine Menschen da, ihn zu bauen. Es fliegen aber Wolken von der Erde auf, und tränkten die ganze Oberfläche des Landes; und den Menschen bildete etc. Hic: Dies ist die Entstehung des Himmels und der Erde, bey ihrer Schöpfung so wie sie von Gott Iehova hervorgebracht wurden, ehe noch Gebüsch und Kreuter auf dem Felde hervorwachsen konnten; weil Gott der Herr noch nicht auf die Erde hatte regnen lassen, und noch nicht Menschen genug da waren, die sie hätten bauen können, auch noch kein Nebel aus der Erde aufgestiegen war, der die ganze Oberfläche des Landes hätte tränken können. Den Menschen aber hatte etc. Ego in his vestigia tantorum virorum ut probe animadverto, sic premenda num sint, intelligentioribus definendum permitto,

אָחָלְךָ אֶת־לְרֹךְ: וַיֵּשֶׁא אֶת־עִנְיוֹ וַיַּרְא: וַיְבָא וַיַּרְא: חֲבַת־נָא קְשָׁטִים  
 וְסִפְרַת־הַכְּכָבִים: יוֹחָן שֶׁמֶר רֹשֶׁב: יוֹחָן לוֹ וּבָתָר: וְתוֹקֵחַ וְתַחַן: וְיַאֲהָלְוָשָׁב:  
 וְוַפְנֵו מִשְׁם וְלִכְמָו: וְיִסְרָא אֶלְיוֹ וּבָא אֶל־דְּבָתוֹ: וְיַצְאָהוּ וְיַחֲחָהוּ: וְתַלְךָ  
 וְתַשְּׁבָ: יוֹקֵחַ וְיַמְלֵךְ: יוֹקָמְוָוִישָׁקָפָו: קְמוֹ צָאוֹ: קְמוֹ עַלְתָּה: וְתַלְרֵחַ וְתַסְלָא:  
 יוֹקֵחַ וְשֶׁמֶר: וְוַלְךָ וְוקָחָ: וְתַעַלְוָוְרָא וְזָא וְחוֹזָן: וְתַרְקֵחַ הַצְעָפָר וְתַתְכָּסָס: קְמוֹ  
 שָׁאֵי: לְכוֹרְעָו: וְתַרְאֵזְתָגָר: קְמוֹנָא שְׁבָה: גְּשַׁתְּנָא וְשַׁקְהָלָו: קְמוֹ בְּרָחָו: וְיַרְךָ  
 וְוַמְצָאָו: וְוַשְׁלָחָו וְיַרְאָו: וְיַבָּא וְלָא מְצָאָו: וְלִיכְוָוְפְלָנוֹ: וְיַבָּא אֲרִיחָ  
 וְשָׂאָר: וְתַחַר וְתַלְרָ: וְיַחְפֵשָׁו וְלָא מְצָאָו: עַרְתָּה וְקַבְרָה:  
 רְגָלוֹ וְלָרָךְ: וְקַרְבָּר וְשַׁתְּחָרוֹ: וְיַגְעָו וְסָתָה: וְחַבְקָק וְוַנְשָׁק.  
 Verbum hoc dicendi genus tam gratum fuit Hebraicis, ut, si non statim vocabulum praeponendum suppeditaret, Velut in  
 his: וְחוֹזָן וְבָא: וְחוֹרְרָא: וְחוֹרְיָה וְפָתָח: וְחוֹרְרָא וְלָרָךְ: וְחוֹזָן וְבָרָכָו.  
 Quae omnia ex una Genesi excerpta sunt, ut intelligatur is narrandi modus quantopere Mosi placuerit. Ac poteram sane plura cogere, si variationes istarum formularum, aut integras phrases, huc facientes, collegisset. Comparari haec possunt atque adeo debent a litterarum Hebraicarum doctoribus cum Latinorum, participiis, similem redundantiam secum ferentibus, v. c. *negotio intentus*, *praeclari facinoris famam quererit*. *Lapsa cadunt folia*. *Hastis horreſcent timore eorum fortitudinis adfessi*. *Procul viſos confexit*. *Relatum legerint*. *Traditum accepimus*. *Animo comprehensum teneorū* (Vid. Cortii Exc. I, ad Sall. B. Cat. et Hein. de Stilo p. 70.) Atque haec quidem de isto difficulti loco dicta sunt. Reliquae Observations in Pentateuchum opportuno tempore in lucem proferentur.

Nunc enim *Fridericus Moſſendorfus*, Academiae Candidatus, qui quam diu in hoc Lyceo, cuius nuper mihi cura perliberaliter commissa est, bonis literis operam impendit, Praeceptoribus carus et probatus fuit, commendandus est **AMPLISSIMO SENATVI, EPHORO SCHOLAE GRAVISSIMO, Per reverendis verbi divini Ministris, omnibus denique rei litteratae Fautoribus ac Patronis**, quos omnes ac singulos, meo et suo nomine, demisse rogabit, ut cratino post horam IX. orationem *de iusto Satyram pretio, et carmina, PATRONIS, INSPECTORI, ac Magistris Scholae* gratum animum significantia, benivole audire ne dedignentur. Felicem ei abitum, oratione de bono discipulo habita, precabitur *Augustus Moſſendorfus*, Frater, Eccardibergae itidem natus, Scrib. Numburgi d. X. Apr. MDCCCLXXV.



3d 1291

ULB Halle  
003 006 867

3



f

SB



# Farbkarte #13



B.I.G.

ATIONVM  
IN  
TEVCHVM  
N ALTERVM  
EDIT

ET  
VM PVBLICVM  
E CANDIDATI  
MOSSDORFII  
PR. MDCCCLXXV.  
IN  
PRIMI ORDINIS  
BRANDVM OBSERVANTISSIME  
NDICIT  
ES ABRAHAMVS SCHVTZE  
A. M.  
NVMBVRG. RECTOR.



PETRAE  
ARI SIMONIS IFII.